rum propellamus, quod Noſter apud nos edoctus fuit, dum prærerito menſe Februario de *Pudore*, quomodo is ab Ethico ſolet conſiderari, Latina verba fecit.

Atq; hi tres dicent de *duodecim Mundi Vanitatibus*, uti quidem eas alicubi ex epiſtolâ Johanneâ α diduxit Theologus dudum celeberrimus D. MICHAEL WALTHERUS. ω Faxit DEUS Clementiſſimus, ut harum ſuarum Orationum ſempermemores inter mundanas vanitates ibi ſua figant corda, ubi vera ſunt gaudia, ut ipſo rectore ac duce ſic tranſeant per bona temporalia, ut non amittant æterna,

Invidiam virtute, malos probitate, favore
oſores vincant, ſpe precibusq; DEUM.

Id quod fiat. Dab. è Muséo die Ægidii, qui ſanctiſſimè vixit in Galliis tempore Caroli Martelli. Anno Chriſti cIↄ cIc, LIIX.

(α) I. Joh. 2. v, 15-17. *(ω) Serm. XXVII. Gemituum Lutheranæ Columbulæ.*